Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



intermallo separati estis. quia
abiqa via cum deseratores estis
illos hinc vos autem illinc. hinc
venite alteri ad alteros. tristire
solite. sed hinc atq illinc ad nos
veniendo invicem vos invenite
Sabelliani agnoscite que pter
mittitis. Arriani equate quem
subditis. et in via vera nobisti
ambulatis. Est enim quod invicem
et vobis alteri et alteris admoneri
utriq debeatis. Audi sabelliane
ipse ado. non ipse est pater qui
filius ut eum arrianus inequa
lem asserat patri. Audi arria
ne ipse ado filius equalis est pri
ut sabellianus eundem et dicat
et prem. tu adde quem tollis. tu
adimple que minuis. et nobisti
ambo consistitis. quia nec tu
tollis nec tu minuis eum qui et
alter est a patre ut convincat sa
bellianum. et equalis pri ut con
vincat arrianum. utrisq eum
damnat. Ego et pater unum sumus
dixit unum. Audiant arriani
dixit sumus. Audiant sabellia
ni. Et nec illi equalem nec illi
alterum negando sunt vani. Si
ergo qui dixit. Verba que ego
loquor vobis a me ipse non loquor
Propter patrem est in pris pte
ut id quod ipse velit faciat. Au
diat quod dixit. Sicut pater
suscitat mortuos et vivificat sic
et filius quos volt vivificat.
Item si qui dixit. Pater in me
manens faciat opa ipse. Propter
patrem non alius est pater alius ipse
audiat quod dixit. Quecumq
pater facit hec et filius similiter
facit. et intelligat non duos unus
sed duo unum. Verum quia sic
equalis alter alteri. ut tamen
alter a altero. sed non loquit
a semetipso quia non est a se ipso
sed pater in illo manens faciat
opa ipse. quia ipse et in quo
facit non est nisi ab ipso. Denique
adimungit. et dicit. Non creditis
quia ego in patre et pter in me est
Alioqui ipsa opa credite. Ante
solus philippus arguebat. Hunc
autem non est ibi solum fuisse q
est arguendus ostenditur
Explicit sermo. lvi. Item
eiusdem de verbis dni in cena
dis secundum Johannem
Pacem meam do vobis pa
cem meam relinquo vobis

Omnis vos estis fratres
carissimi. Pacem meam
do vobis pacem meam
relinquo vobis. De
pace dicturi prius que pacis
sint commoda videamus. Est pax
serenitas mentis. tranquillitas
animi. simplicitas cordis. Amor
vinculum. consortium caritatis
hec est que simultates tollit. bella
compescit. comprimit iras. superbos
calcat. humiles amat. discordes
sedat. inimicos conciliat. concordes